STIPENDIATI ALVMNI. 25a

[1]) **Andreas Weilspillig Reichenbacensis** Anno Christi 1558. 22. Decembris die. primus omnium stipendiatorum assumptus est. Anno 1563. 24. Junij. Vuitenbergam profectus. Anno 1566. Pfeffelnbacensi ecclesiae est praefectus in Maio. — Anno Christi .73. obijt.

Heinricus Stockius Hornbacensis Anno Christi 1559. 16. Januarij, Hornbaci stipendiatus factus, postea studiorum gratia Anno 1565. 1. Aprilis Ecclesiae sumptibus Vuitebergam se contulit. Anno 1567. 16. Aprilis in Erbach parochus constitutus. Ibidem foeliciter administrato suo officio, aº Christi 72. piè obijt.

Leonhardus Extêrus Hornbacensis parochi filius Anno 25b
Christi 1559. 16. Januarij Stipendium accepit. Anno 1561. 6. Septembris collegio egressus est. et permutatione facta, eius Stipendium Andreas Extêrus supradicti parochi ex fratre nepos impetrauit. Interea ipse Leonhardus bona cum venia dominorum scholarcharum D. Nobilis in Sickingen liberos fideliter instituit. Postea aº Christi. 70. 4. Julij die Schola Annaevillana ei est commissa, qua rectè administrata, frequentiori scholae nimirum Bipontanae Aº Christi 1572. 8. Februarij praeficitur.

Johannes Wagnerus Hornbacensis, Anno 1559. 16. Januarij in Stipendium assumptus, anno 66. 9. Aprilis cum nihil uacaret apud nos, Neuuyleram Scholam anno uno docuit, sequenti anno 67. duorum annorum illi stipendium est addictum. Tubingam profectus, inde anno 68. vocatus ad conditionem Ecclesiasticam, quam cum accipere recusaret, concessum est ei biennium suis studere sumptibus, uel donec reuocetur, elapsis aliquot annis à Reditu suo ex Hungaria, Scholae Trorbachianae Rector declaratur.

Crispinianus Einöd Maisenheimensis Anno Christi 1559. 16. 26a
Januarij stipendium impetrauit, anno 62. 2. Aprilis Tubingam profectus sumptibus Ecclesiae. postea anno 65. parochiam in Lambsborn suscepit.

* **Heinricus Faber Tabernaemontanus** Anno Christi 1559. 17. Januarij. Stipendium nactus. Aº 1565. 1. Aprilis publico aere Vuitebergam abijt, annum cum dimidio abfuit, tamen integrum accepit Stipendium. Anno 66. Argentinam concessit consilio Senatus, suis sumptibus. anno 1567. 6. Nouembris, in Schola Bipontana adiutor constitutus, aº 68. circa pascha permissu Senatus, paedagogiam nobilium puerorum suscepit, et studium Medicinae Heydelbergae inchoavit: quod postea

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dextrè absoluit, et Basileae Doctor Medicinae creatus: Inde reuersus in publicum professorem Physices & Matheseos Scholae Hornbachianae est praefectus. Vi: supra fol. 4.

26b **Ludouicus Aichborn Bipontanus**, Anno Christi 1559. 21. Januarij, stipendio literario Hornbachiano pro forma obligationis donatus est, Anno 65. 1. Aprilis Vuitebergam dimissus, annum integrum cum dimidio illic cum fuisset, accepto nihilominus integro, octoginta florenorum stipendio, Anno 66. 29. Septembris suis sumptibus abijt Tubingam, sed cum diutius tantos sumptus non sustineret, pro Jurisprudentiae studio continuando, Anno 68. 29. Maij ei permissum est, alia ratione suis studijs prospicere. ita tamen vt aut principi nostro seruiat, aut expensas restituat.

Heinricus Obernhemius Bipontanus, Anno 1559. 21. Januarij in Stipendium Hornbacense uenit. Anno 66. 4. Februarij, fit in Bergzabern scholae adiutor, nullo autem adhuc vacante stipendio aº 67. festo Michaelis ibidem ludi moderator est ordinatus. qua scholastica functione relicta, parochus in Alberswyler est factus.

27a **Petrus Schlemmerus Bipontanus**, Hornbacum uenit Anno Christi 1559. 21. Januarij. anno 67. 31. Martij Tubingam abijt. anno 69. ad pascha inde reuersus, constitutus est Diaconus Meissenheimensis. inde Ecclesiam paucis annis Ranspachianam rexit, ab ea ad Ernstwylerianos verbo Dei pascendos transijt, vbi in Christo foeliciter obdormiuit anno 74. festo Andreae.

Heinricus Schehelius Bipontanus Anno Christi 1559. 21. Januarij Hornbacum uenit, anno 67. 31. Martij Tubingam ablegatus, Anno 69. tempore pascatis ex studio Tubingensi reuersus, constitutus est ludi literarij moderator in Barbelroht. ab ea functione vocatus est ad Ecclesiam quae est in Winterbach. [7]) ibidem obijt aº 1619.

27b **Jacobus Enckirch Bollenbachius** à Niderkirch, Hornbacum uenit Anno Christi 1559. 21. Februarij. Anno 67. 6. Aprilis, proprijs sumptibus Viennae Austriacae studuit, deinde Pragae, Anno 68. in Junio reuersus, nullo cessante stipendio, donati sunt ei uiginti floreni ex Ecclesia, quibus se aliquandiu Argentinae sustentauit, Anno sequenti 69. paschatis tempore, Scholae adiutor Tabernis montanis est constitutus, à qua conditione bono testimonio ornatus, suscepit docendam Ecclesiam quae est in Rischwyler.

Caspar Kempeisen Liechtenbergensis Anno Christi 1559. 21. Januarij in Stipendium venit, puer bonae spei, hunc, Deus nobis inuidens, Anno 63. 6. Decembris, Hornbaci, ad se in coelum uocauit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jodocus Michaël Meisenhemensis, Anno 1559. 18. Februarij 28a
Stipendium Hornbaci nactus est, post quadriennium aº 63. 20. Maij Marpurgum missus, ibi suis sumptibus biennium studuit, anno 65. circa Quadragesimam stipendium impetrauit, & sumptu Ecclesiae operam bonis literis dedit. Anno 66. ad pasca Vuiteberga rediens, illi parochia in Erbach est concredita, Anno 67. 17. Martij ad Ecclesiam in Hintzwyler est uocatus, ubi aº 73. Christo filio Dei *τὸ πνεῦμα παρέδωκε.*

Philippus Rickwylerus Meisenheimensis Anno Christi 1559. 18. Februarij Hornbaci stipendium impetrauit, Anno 63. 20. Maij Marpurgum abijt, ibidem suis sumptibus annum studuit & aliquid ultra. Anno 64. 6. Aprilis accepto stipendio Ecclesiae sumptibus Vuitebergae operam dedit literis, Anno 66. circa pasca ludimoderator & Diaconus Moschellis factus, Anno 67. parochia ibidem ei est concredita: [7]) cui ad extremum vitae suae praefuit, annum videlicet 1613. 27. Nouembr. quo ibidem placidè est mortuus.

Philippus Piscator Meisenheimensis, Anno Christi 1559. 28b
18. Februarij in Gymnasij Hornbacensis alumnum est receptus, Anno 65. 7. Martij Witebergam abijt, et vno anno suis illic studuit sumptibus, ab eo tempore nactus est stipendium & continuauit sua studia usque ad festum Trium Regum anni 67. postea paternis sumptibus à Januario usque ad pascha Meisenhemiae se concionando exercuit. Eodem Anno 16. Aprilis examine habito scholam in Anwyler suscepit, ab ea ministerium Euangelij in Meissenheim suscepit, et anno Christi 1574. *διαπεφώνηκεν* in vera filij dei agnitione.

Daniel Bayer Rhatswilerus, Anno Christi 1559. 18. Februarij stipendium est consecutus, Anno 65. 6. Aprilis proprijs sumptibus Vuitebergam est profectus. Anno sequenti 66. 13. Martij Stipendium accepit, Iterum anno 67, suis sumptibus Vuitebergae mansit, Anno 68. Johannis baptistae festo, parochus in Minbach est factus, inde translatus Bipontum, diaconatui Bipontanae Ecclesiae praeficitur.

Johannes Ludouicus ab Hagen Oppelbrunnensis, Anno Christi 29a
1559. 22. die Februarij, Nobilis Wilhelmi Crantzij intercessione, stipendium accepit, eo usque ad annum 63. 7. Martij est usus.

Fridericus à Rosenberg Essingensis, Anno Christi 1559. 22. die Februarij, in fotum Collegij Hornbachiani, Nobilis Wilhelmi Crantzij intercessione, est acceptus, Anno 1563. 6. die Martij collegio est egressus.

Valentinus Helffant Weisenburgensis, Anno Christi 1559. 29b
Hornbacum accessit. anno 62. in Aprili Tubingam est ablegatus,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt Jurisprudentiam studeret. anno 65. 7. Aprilis proprijs coepit studere sumptibus.

Johannes Schorrius Bipontanus Anno Christi 1559. 24. Februarij Hornbachianum accepit stipendium. Anno 65. 1. Aprilis proprijs sumptibus Marpurgum est profectus.

30a **Tobias Scherer Meisenheimensis** Anno Christi 1559. 1. Martij Hornbacum uenit. anno 63. 20. Maij Marpurgum suis sumptibus concessit, postea Vuitebergam est profectus.

Anno 67. 24. Januarij, adiutor fuit in Schola Bipontana.

Petrus Textor Meisenheimensis Anno Christi 1559. 1. Martij Hornbacum uenit et in Stipendiatum receptus est. Anno 63. 20. Maij Marpurgum migrauit, ubi suis sumptibus uixit, postea inde Vuitebergam profectus, hac relicta se contulit Argentinam studiorum gratia, Anno 67. in Galliam iuit, operam nauans Jurisprudentiae.

30b **Wendalinus Culmey Bilikeimensis**, Anno Christi 1559. 2. Martij, is eodem anno ducta uxore. 12. die Octobris Veniam à Dominis Consiliarijs impetrauit.

Joannes Zuleger Stipendium accepit Anno 1559. 2. Martij. hoc usus triennio, anno 62. 10. Martij abijt.

31a **Paulus Wigandus à Dinheim**, Anno Christi 1559. 25. Julij factus est Stipendiatus, aº 61. 13. Aprilis discessit.

Johannes à Dalbergk Anno 1559. 25. Julij in Stipendium uenit, ab eo anno 61. 12. Maij egressus.

31b **Johannes Heppius Spirensis**, Stipendium accepit, rogatu Johannis Vuigandi Schloer Anno Christi 1559. 15. Augusti, Abijt anno 1565. 1. Aprilis suis sumptibus Tubingam, paulo post Spirae morte praematura extinctus est.

Caspar à Wachenheim Anno 1559. 31. Augusti in Stipendium uenit, anno 1560. 29. Septemb. ad ferias autumnales dimissus, emansit.

32a **Eckardus Reysner Bleidenstatensis**, Anno Christi 1559. 5. Octobris. Nobilis Johannis Klippelij sollicitatione factus est Stipendiatus. Anno 62. 29. Septembris in ferijs Michaëlis domum dimissus est, sed quia magnae expectationis adolescens fuit, a Jesuitis Moguntinensibus nobis est ereptus. faxit Deus ut ab illorum pistrino liberetur.

Ernestus Senfft à Sulberg Anno Christi 1559. 15. Octobris in gratiam optimi & doctissimi viri parentis sui in Stipendium est adoptatus, vbi propemodum altus fuit ad usum publicum, Anno 1567. 4. Aprilis discessit.

32b **Albertus Hugo Liechtenbergensis**, Anno Christi 1559. 30. Octobris Hornbacum uenit, anno 67. 31. Martij sumptibus Ecclesiae biennium sequens Tubingae studuit, reuersus, ludimoderator est constitutus in Franckwyler Anno 68. 29.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Septembris, ab hac schola ad eam quae Tabernis montanis est transijt.

Adamus Flad Hurdtsteinius, Anno Christi 1559. 16. Nouembris, abductus est à patre anno 63. 17. Junij magistratus autoritate, in Galliam profectus.

Joannes Kribswyler Kirnensis, Anno Christi 1560. 10. 33a
Januarij, stipendium impetrauit. Anno 65. 16. Aprilis Marpurgi biennium studuit. Anno 66. 16. Augusti redemit obligationem suam et parochiam in Becherbach sub Rhenano Comite propè Kirnam suscepit.

Wernherus Wiltperger Birckenfeldius, Anno Christi 1560. 25. Januarij est factus stipendiatus, anno 65. suis sumptibus Vuitebergam abiuit, anno 66. 13. Martij stipendium publicum nactus est. anno 67. 4. Nouembris ex Academia Vuitebergensi redijt, parochus constitutus est in Reichenbach.

Petrus Enkirch Mosellanus, Anno Christi 1560. 30. Octo- 33b
bris Hornbacum uenit, aº 62. in Aprili Tubingam abijt, ibidem stipendio Ecclesiae biennium sustentatus, Anno 1565. parochus est factus in Wintterbach.

Gregorius Lanius Meisenheimensis, Anno Christi 1560. 30. Octobris, Hornbacum venit. Anno 63. 14. Junij Witebergam missus est. Anno 66. in Maio docendo se in Walsheim exercuit. anno 67. Medardum venit.

Sebastianus Sartor Freckenfeldius, Anno Christi 1560. 30. 34a
Aprilis stipendio est potitus, Hornbaci mansit vsque ad annum 1565. 1. Aprilis, eodem tempore Vuitebergam sumptu Ecclesiae abijt. Anno 67. circa pascha ludimoderator & Diaconus in Barbelroth ordinatus est. Anno 1568. parochus constitutus est in praefectura Cleburgensi, in Houen.

Andreas Hemerichius Schwinfordensis, Anno Christi 1560. 20. Junij stipendiatus est factus Hornbaci. Anno 62. in Aprili Tubingam per biennium adijt. Inde anno 64. 20. Martij, ludo literario et Diaconatui in Lutzelstain est praefectus, eodem anno obijt.

Johannes Kernius Hornbacensis. Anno Christi 1560. 17. 34b
Junij, in fotum Collegij Hornbachiani est assumptus. Anno 1570. 13. Martij in Collaboratorem scholae Tabernaemontanae receptus est, hac spe & promissione, quod si hoc anno se bene gesserit, fideliterque docuerit, eo absoluto, duorum annorum stipendium accipiat. Ecclesiam quae est in Hintzwyler docendam suscepit.

Bernhardus Gutwill Niderheimbacensis, Anno Christi 1560. 4. Julij in Stipendium ascriptus est, postea anno 66. 26. Aprilis, aliquot puerorum paedagogiam suscipiens, Marpurgum est profectus, deinde accepto stipendio, quo dignus erat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vuitebergam abijt, ibidem anno 68 placidè in uera agnitione Dei obdormiuit.

34c **Wolffgangus à Zeisskeim**, Anno Christi 1560. 18. Julij Hornbacense Stipendium nactus, eo usus liberaliter, anno 67. 10. Maij, ad aulam Episcopi Moguntini abijt.

Johannes Georgius Blick à Liechtenberg, Anno Christi 1560, Stipendium accepit. in eo mansit usque ad annum 63. 13. Septembris, quo tempore ad matrem in Masmunster est profectus.

34d **Hieronymus Wacker Dinckelspulensis**, Anno 1560. Maij decima die in stipendium est assumptus. anno 64. 28. Martij domum dimissus, expensas et mensam collegio restituit.

Tilemannus Milothraeus Meisenheimensis, Anno Christi 1560. 6. Junij stipendium Hornbachianum accepit, anno 68. circa pascha Vuitebergam, Ecclesiae sumptibus abijt. postea aº 70. Enkirchium abijt, ubi ad docendum Euangelion Dni Jesu Christi est adhibitus.

35a **Michaël Han Argentinensis**, Anno Christi 1560 16. Januarij, Stipendium Hornbacense accepit, postea uero anno 65. 13. Septembris Tubingam est profectus, mox deinde in Gallia miles est factus.

***Johannes Georgius Stahelius Hornbacensis**, Anno Christi 1560. 20. Maij in Stipendium uenit, anno 67. 31. Martij, publico aere biennium in bonis literis Tubingae contriuit, deditque operam Medicinae, quod studium cum non posset continuare honestis multis de rationibus, reuersus ex studio Tubingensi, scholae in Anwyler moderator est constitutus. anno 69. 24. Junij. Vi: supra fol: 3b.

35b **Georgius Wolffgangus Schutzius Kirckelius**, Anno Christi 1560. 1. Septembris, gaudere coepit Stipendio. postea sumptibus Ecclesiae, Christi aº 1568 circa pascha, Vuitebergam est profectus, ex qua Schola honesto ornatus testimonio redijt, ad Ecclesiam docendam accessit.

Bernhardus Mylius Tabernaemontanus, Anno Christi 1560. stipendiatus Hornbacensis factus est, octauo die Septembris. postea anno 66. Tubingae suis sumptibus dimidia anni parte literis operam dedit. Anno 67. Epiphaniae festo, nulla uacante conditione, permissu Magistratus, ad Scholam comitis in Hanaw est admissus. Anno sequente 68. die Gertrudis uocatus est ad scholam oppidi Hornbach, hanc cum probè biennium administrasset, illi commissus est Ecclesiae Hornbachianae diaconatus, Anno Christi 1570. 22. Martij. Tandem cedens nouo Theologo migrauit Enkirchium aº Christi 1575. in parochum eiusdem Ecclesiae est designatus. [3]) Anno 1576 D. Nicolao Rothario, Piae memoriae, Hornbaci defuncto, successit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Reinhardus Atzenhofferus Bitensis, Anno Christi 1560. 27. 36a
Septembris in stipendium susceptus est, et intercessione Generosi Comitis D. Jacobi à Bitsch, non tantum illi uictus, sed et amictus cum necessarijs libris ex Collegio sunt exhibiti. Anno 1569 ad pascha, donatum est ei stipendium octoginta florenorum pro duobus annis, Witenbergam abijt. reuersus addixit se Ecclesiae ministerio.

Mathias Schuindius Tabernaemontanus, Anno Christi 1561. 1. Martij. in stipendium est receptus. Anno 1568. circa pascha biennium est profectus ad Academiam Vitebergensem. Vuiteberga reuersus labores Scholasticos suscepit, sed aº 76. Iluesheimiae Ecclesiae est parochus constitutus.

***Johannes Jucundus Mertzalbius**, Anno Christi 1561. 8. 36b
Aprilis Hornbacum uenit. Anno 63. 14. Junij Vuitebergam est missus, inde anno 65. circa pascha reuersus, ecclesia Bontenbachiana ei est commissa, qua obita anno 75. Ernstwylerum se contulit.

Jacobus Bunn à Wachenheim, Anno Christi 1561. 5. Maij, Stipendium nactus est, anno 62. 20. Martij egressus est, redempto stipendio.

Johannes Thein Luterekensis, Anno Christi 1561. 10. Maij 37a
Stipendium pro obligatione impetrauit. Is anno Christi 1570. 13. Martij, dimissus est, ut patrem pro sumptibus roget, cum nullum stipendium vacet, ac quia impeditae est linguae, ad Medicinae studium se conferat, illi est consultum, meminerit nihilominus tamen obligationis suae. aº 75. Cusellis ludi moderator & scriba est factus.

Ludouicus Rotenburger Tabernaemontanus, Anno Christi 1561. 27. Junij, Stipendium accepit. Anno 68. ad pascha, Tubingam operam dans Jurisprudentiae profectus est, foeliciter progressus, linguae Gallicae gratia Nanceum profectus, inde uocatus, ad paedagogiam D. Hunolstainij ascitus, aduersam in ualetudinem incidit, profecturus in patriam Tabernas montanas, in Dhan, in itinere piè in vlnis Oseae Sartoris sui vectoris Hornbachici ciuis obijt. Diu uixit, at paucos annos. fato est autem ereptus anno Christi 1574. 23. Maij.

***Andreas Extêrus Sitardensis**, Anno Christi 1561. 6. Septem- 37b
bris, in gratiam Leonardi Extêri pastoris Ecclesiae Hornbachianae, numero stipendiatorum est aggregatus, Anno 68. 2. Februarij, sumptibus suis profectus est Vuitebergam, anno elapso reuersus, exorto Gallico bello cum nobili Galliam ingressus, causam illi dedit, quod nullum uacaret uacans Stipendium.

***Joannes Georgius Reinfart Weisenburgensis**, Anno Christi 1561. 6. Junij Stipendium est nactus. egressus uerò Stipen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pendio 1565. 29. Septembris, scriba est factus. denique aº 69. bello in Gallia exorto, eodem se contulit, & in eodem diem obijt.

38a *Ludouicus Metzler Cleburgensis, Anno Christi 1561. 7. Junij in Stipendium uenit, anno 67. 1. Martij stipendio egressus Jurisprudentiae se dedit studio, pro paternis sumptibus.

Valentinus Götz Tabernaemontanus, Anno 1563. 21. Junij. Hornbaci stipendium accepit. Anno autem 68. 2. Februarij, sex menses suis Vuitebergae studuit sumptibus, inde nactus Vuagneri stipendium, quod finitur Michaëlis die. Anno 70. reuersus Ecclesiam quae est Bamholderi docere coepit.

38b *Johannes Rothar Hornbacensis, Anno Christi 1563. 28. Junij, in Stipendium uenit, in Schola Hornbachiana usque ad annum 1570. 12. Martij mansit, biennium stipendio Ecclesiae Vuitebergam ablegatus. exacto biennio reuersus Kirckelianae ecclesiae minister est constitutus, ab ea parochiae Dörrenbachianae praeficitur.

Jacobus Semler Franckfurtensis, Anno Christi 1563. 23. Augusti stipendium impetrauit, abiuit Vormatiam ad parentes, Anno Christi 1571. Festo Michaëlis.

39a Petrus Schëer Hornbacensis, Anno Christi 1563. 21. die Augusti, Stipendium accepit, in quo uixit usque ad annum Christi 69. inde, duorum annorum stipendio impetrato, Vuitebergam est profectus: quod finitur circa pascha anno 71. reuocatus suscepit parochiam in Jluesheim, ibidem anno 75. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.

Johannes Reiserus Argentinensis, Anno Christi 1563. 21. Augusti. Stipendium impetrauit. Is bona venia à Dominis consiliarijs dimissionem impetrauit, Anno Christi 1571. 6. Februarij die, continuandorum studiorum gratia, proprijs sumptibus, ad Academiam sese contulit Vuitebergensem, inde Marpurgum, vbi duxit uxorem.

39b Gebhardus Nerstein Ranswilerus, Anno Christi 1563. 18. Octobris die, numero stipendiatorum est annumeratus, Anno 68. nullo uacante Stipendio, apud Tabernaemontanos annum Scholae egit collaboratorem, postea sequenti 69. anno, circa festum Johannis diaconus ecclesiae ibidem est constitutus, inde Lenswylerum uocatus, ab ea Ecclesia ad Trostwylerianam abijt.

Nicolaus Polhemius Mechtelhausius, Anno Christi 1563. 13. Nouembris Hornbaci factus est stipendiatus, anno quinto effluxo, nullo uacante stipendio, Moschellis datus est ludimoderator et Diaconus.

40a Johannes Tempëus Kirnensis, Junior, Anno 1564. 12. Februarij in gratiam patris sui doctissimi uiri, stipendium accepit, anno 69. cum schola propter bellicos tumultus dissiparetur, et ipse domum profectus, in patria est mortuus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Jacobus Kindtheuser Hornbacensis, Anno Christi. 1564. 12. Junij, ob patris sui indefessa in Stipendiatos officia, stipendium nactus est, anno 69. decima Julij, sine uenia discessit.

Jacobus Textor uel Grienwaldt Hornbacensis, Anno Christi 40b
1565. uicesima Aprilis die Collegij Stipendium est ingressus, Anno 1573. 11. Martij, Marpurgum Ecclesiarum sumptibus studiorum gratia concessit, reuersus a° 74. In octobri. postea Ecclesiae quae est in Ketterin Ostern suffectus est.

Nicolaus Heugelius Tabernaemontanus, Anno Christi 1565. uicesima prima die Aprilis Stipendium Collegij impetrauit. postea anno Christi 1570. 14. Martij. dimissus est propter aetatem, ac quia nullum uacabat stipendium, pater illi expensas studiorum annuit.

*Petrus Bösius Bipontanus, Anno Christi 1565. sexto & 41a
uicesimo Aprilis die in Stipendium Collegij est assumptus: superatis deinde Hornbachianae Scholae Classibus, publico aere, Vuitebergam anno 1571. circa Pascha est missus. postea a° 74. Meissenhemiae diaconatui seruire coepit.

Johannes Conradius Essingensis, Anno Christi 1565. uicesimo secundo die Maij, ad Collegij Stipendium uenit puer, postea cum quatuor huius scholae classes euicisset, optimo patris sui consilio, Reuerendi Viri D. Zachariae Conradi Stettensis, Ecclesiae, quae in Essingen, fidelissimo verbi dei praedicatore (!), trium nobilium opera paululum adiutus, Argentinam deductus, locum in Collegio praedicatorum & simul mensam, pro .30. florenis Argentoratensibus inuenit. Ex hac schola discessit Anno Christi 1574. 12. die Junij; honesto comitatus testimonio. in huius locum successit Johannes Kneupel.

Paulus Koch Meisenheimius, Anno Christi 1565. uicesima 41b
quinta Maij die, Stipendio Collegij perfrui coepit, eo est usus ad annum 1570. 14. Martij. quo duorum annorum stipendium impetrauit, profectionem uero propter pedum imbecillitatem distulit, ad quintum diem Septembris anni praenominati, qui primus inter Stipendiatos publico quinque florenorum uiatico accepto, Vuitenbergam est profectus.

Jacobus Botz Baumholderus, Collegij Hornbacensis Stipendium impetrauit, Anno 1565. 20. Junij. biennium post Anno 67. 10. Februarij, consilio & autoritate Senatus, Spiram promotus, scribam egit.

Joannes Wolffius Obernwylerus, Anno Christi 1565. uicesima 42a
die Junij in fotum collegij est receptus. postea Christi anno 1571. 2. Maij. Diaconatum & Scholam in Moscheln accepit, ubi a° 73. spiritum suum DEO reddidit.

Johannes Baltzlaeus Kirchensis, Anno Christi 1565. quinta & uicesima die Junij, Collegij nactus est stipendium: Anno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1571. 2 die Maij. Schola Hornbachiana illi commissa est: inde Cleburgum se contulit, ibi paucos dies Ecclesiam dei uerbo instituit, ad coelestem patriam trigesimo Septembris die Anno 1574 placidè commigrauit.

42b *Henricus Hilspachius Bipontanus, Anno Christi 1565. vicesimo quinto die Junij, Collegij Stipendium accepit, postea in publica Visitatione anno Christi 1570. 13. Martij die, stipendium Valentini Götzij impetrauit, quod hoc anno 70. ad festum Michaëlis initium habebit, & anno 72. circa idem Michaëlis festum finietur. Quinto igitur die Septembris a? 70. est Vuitebergam profectus, quod illi faustum & foelix sit, reuersus praeceptori Bipontano est adiunctus.

Jacobus Primm à Witlich, Anno Christi 1565. septima & uicesima die Augusti, per intercessionem Domini Nicolai ab Oisbruck militaris tribuni, in Collegij Stipendium translatus est, Anno postea 67. 5. Octobris literas deseruit & collegio cessit.

43a **Michaël Kellerus Weisenburgensis**, Anno Christi 1566. septimo Januarij die Collegij Stipendium accepit, postea anno 1570. 7. Martij. à patre est abductus, venia dominorum Consiliariorum.

Samuel Rörichius Lambsbornensis, Anno Christi 1566. nono die Maij in Stipendium Hornbacense receptus est. Anno 69. circa pascha, Stipendium duorum annorum impetrauit, Vuitebergam est profectus, postea parochiam quae est Ombaci docuit.

43b **Wolffgangus Herter Bipontanus**, Anno Christi 1566. decimo die Maij Stipendium Collegij impetrauit. Anno Christi 1574. coadiutor in Schola Tabernis montanis factus. ab ea schola Niderkirchen Ecclesiae praeficitur.

*Melchior Zuckschwert Königstein, Anno Christi .1566. die quarto & decimo Maij, Stipendium Collegij Hornbacensis impetrauit, anno 69. 27. Februarij, sed (!) cum propter clamores bellicos, autoritate domini praefecti Bipontani Schola secundò dimitteretur, & ipse in patriam abijt.

44a **Bartolomaeus Braun Bipontinus**, Anno à Christo nato 1566. vicesima die Maij, Collegij stipendium est consecutus, Anno verò 1572. suis expensis Argentoratum abiuit. Deo animam reddidit.

*Johannes Neuhart Hornbacensis, Anno salutis humanae per Christum impetratae 1566. die Maij vicesima, in Collegij Hornbacensis Stipendium est admissus, postea collaborator Tabernis montanis factus, Anno Christi 1571. 10. Maij die. Diaconatui in Bamholder praefectus est. [7]) obijt ao. 1620.

44b **Michaël Culmannus Anwylərianus**, Anno Christi 1566. 14. Junij, In Stipendium venit. Cum is annum aetatis suae at-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tingeret vicesimum, Impetrauit veniam ad Paulum Ernestum pastorem in Sesenheym affinem suum proficiscendi, ut illic diaconatui praesit. abijt Anno 1572. die 8. Nouembris. reuersus aº 74. Ecclesiam quae est in Kirkel docere coepit.

Petrus Calmenter [dictus] **Duchrodius**, Collegium est ingressus anno Christi 1566. 27. Julij. postea publico ⟨non?⟩ uacante stipendio schola Moschellana, Christi Anno 1574. in Januario commissa illi est.

Johannes Kriegk Newylerianus, Anno Christi 1566. 30. 45a
Julij. Stipendium est nactus. Is cum dimissionem à literis peteret, nec magno praeditus esset ingenio, eam à Dominis Consiliarijs, semper salua manente obligatione, impetrauit, Anno 1570. 7. die Januarij.

***Johannes Henius Bipontanus**, Anno Christi Collegium est ingressus 1567. 7. Aprilis. Anno 1572. in Aprili commissa est illi schola in Franckvuyler, inde Cannelam abijt, ibi Deo spiritum reddidit anno Christi 1575.

***Fridericus Vilhardus à Steinseltz**, Anno Christi 1567. 45b
9. Aprilis in fotum Collegij est acceptus, anno Christi 68. 24. Aprilis, ad scholam Cleburgensem est uocatus.

***Stanislaus Kiserus à Steinseltz**, Anno Christi 1567. 9. Aprilis, Stipendiatus est factus. Anno verò Christi 1571, sumptibus Illustrissimi principis D. Domini Johannis palatini, Bipontini principis, ad publicam Academiam est missus, Die Martij uicesimo sexto. ac quia est abstemius, et Vuitebergae aqua potioni conueniens nulla nisi cocta quam Biriam uocant, sit, ipse quoque ab eo abhorreret potu, vt Marpurgum abiret, ei concessum fuit.

Ludouicus Ducher Annaevillanus, Anno Christi 1567. 10. 46a
Aprilis in numerum Stipendiatorum est coaptatus. Anno .74. profectus est Marpurgnm.

Johannes Schwartz Bisterschidt, Anno Christi 1567. 10. Aprilis est Stipendiatus factus. Anno 74. promotus est patris aere ad tempus ad Academiam [3]) Marpurgensem.

Georgius Christophorus à Pütlingen, Anno Christi 1567. 46b
11. Aprilis in Stipendium venit, ex eodem est egressus, Nobilis Georgij Wilhelmi à Sötern Castalaunij praefecti uoluntate & autoritate, Anno Christi 1572. 9. die Junij.

Sebastianus Burgraff Alsensis, Anno Christi 1567. 20. Aprilis die Stipendium accepit. Paedagogiam in aedibus D. Nobilis Joannis Landschadtij praefecti Bipontani. aº 74. in Martio esf adeptus.

***Henricus Huben Castalaunensis**, Anno Christi 1567. 23. 47a
Aprilis, Stipendium Hornbachianum impetrauit. Anno 1572 Vuitebergam concessit Spanhemensi stipendio donatus, inde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1573 anno Marpurgum profectus est, ibi desponsata sibi uxore, aº 75. in Januario reuertitur: in comitatu Spanheimensi, docendi verbum Dei, munus impetrat. [7]in Traben: ubi uixit ad annum 7.

Wolffgangus Wamboldt ab Vmbstatt, Anno Christi 1567. 16. Maij, locum & Stipendium in Collegio accepit, Anno 68. 4. Nouembris, seriò domum reuocatus, decem florenis mensam exhibitam, redemit & abijt.

47b **Sifridus à Zeiskeim**, Anno Christi 1567. decimo nono Maij die, in Stipendium uenit, progressus ad primam Classem, Toletum Burgundiae abijt, anno gratiae 1571. 10. Maij. Heidelbergae accepto uulnere mortuus est.

Ludouicus Stieberus Bipontanus Anno Christi 1567. 24. Junij, Collegium Hornbachianum est ingressus. Anno 1573. Nancaeum studiorum excolendorum & Gallicae linguae cognitionis causa, à praestantissimo Viro D. Joanne Stibero, Bipontano Cancellario & patre, est ablegatus. postea 1574 anno, Parisios accessit.

48a **Vlricus Stieberus Bipontanus** Anno Christi 1567. 24. Junij, Collegium Hornbachianum, cum fratre suo Ludouico, est ingressus. postea Anno Christi 1572. 30. Decembris Lauingam est missus, posteaquam eruditionis suae specimen publica declamatione edidisset.

***Jacobus Hundspachius Labershemius**, Anno Christi 1567. 22. Aprilis, in fotum & disciplinam Collegij est acceptus. anno 1569. 8. Februarij scholam nostram reliquit, facta promissione expensas redimendi.

48b **Johannnes Wigandus Schott Argentinensis**, Anno Christi 1568. 17. Januarij in Stipendium uenit. Anno uero Christi 1575 circa pascha Ecclesiae Stipendium accepit: sed cum hoc Illustriss. Dominus princeps etc. reuocaret, Argentinam se contulit.

Johannes Seitz Nörtingensis, Anno Christi 1568. 17. Januarij, Doctoris Galli intercessione, in stipendium est assumptus. postea Anno Christi 1574. 19. Februarij in praeceptorem scholae Annaeuillensis publica autoritate est ascitus.

49a **Wernherus Kesler Bipontanus**, Anno Christi 1568. 21. Martij. in Stipendium uenit, hoc ipsum consensu Dominorum Consiliariorum Illustrissimi D. Domini Ioannis principis Palatini, Anno salutis reparatae per Christum 1572. 14. die Julij, reliquit.

***Casparus Jegen Treuerensis**, Anno Christi 1568. 11. Maij. in numerum Stipendiatorum, sollicitatione facta per Wendadalinum Leuikemmer Landscribam Bipontanum, est assumptus. Anno Christi 1573. 1. Martij ad Academiam se contulit, stipendium nactus Ecclesiasticum in Bontenbach. [7]inde in Cle-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

burg, hinc in Druschweiler, hinc in Bergzabern: obijt ibidem 31. Jul. A° 1607.

Cornelius Seifrid Bipontanus, Anno Christi 1568. 11. Maij. 49b
in stipendium venit. [2]) Constitutus scholae Bipontanae collaborator, anno Christi 1577. 19 Januarij.

Johannes Bart Letuillanus, Anno Christi 1568. 22. Maij. patris sui honesti uiri interpellatione, Stipendium impetrauit. Abijt Argentinam gratia studiorum, suis sumptibus A° 1572. 15. Martij. spiritum suum DEO reddidit.

***Bernhardus Meichsner Noribergensis**, Anno Christi 1568. 50a
2. Junij. sollicitatione facta per Capitaneum D. Meichsnerum auunculum suum, Stipendiatus est factus, pertaesus studiorum, anno 1574. 14. die Julij, honesta commendatione ornatus, Neoburgum superioris Bauariae, ascendit. [2]) Aliquanto post reuersus, Biponti in cancellis illustrissimi Principis, officio ac munere scribae functus, reuerendi uiri, Leonhardi Exteri Pastoris Hornbacensis filiam duxit.

Johannes Philippus à Bellhausen, Anno Christi 1568. 9. Junij, intercessione D. Heldij vitrici sui, in numerum stipendiatorum est ascriptus, in ferijs autumnalibus huius scholae, contra praeceptorum voluntatem, vnâ cum suppellectili sua tota partim distracta partim secum sumpta, Anno Christi 1572. abijt.

Nicolaus Schefer Landspergius, Anno Christi 1568. 21. Junij 50b
in Stipendium venit. Postea Christi Anno 1574. In Martio abijt.

***Johannes Sturtius Meysenheimensis**, Anno Christi 1568. 9. Julij, propter patris sui merita, in numerum Stipendiatorum est ascitus: postea ob ingenii probitatem, parentum suorum aere, a° Christi 1571. 27. Martij die, Vuitebergam studiorum gratia est ablegatus. Anno verò 1572. ad festum Michaëlis Henrici Hilspachij accepit Stipendium, et se Marpurgum Hassiae contulit.

Valentinus Müller Sarnstallius uel Annaeuillensis, Anno 1568. 51a
31. Julij Stipendium accepit; postea Marpurgum Hassiae paternis sumptibus, donec publicum stipendium fuerit uacans, Anno 1574. festo Johannis Baptistae, commigrauit. circa Pascha 75. anni, addictum est ei Stipendium, sed eo non impetrato, scholam Franckwylerianam coepit docere.

Ludouicus Alexander à Sötern, Anno Christi 1569. 20. Janu: ex interpellatione Nobilis Georgij Wilhelmi à Sötern, praefecti Bipontani, apud Illustriss. principem D. D. Vuolffgangum, Meisenhemiae facta, immediatè in Stipendium est susceptus, ex ipso Stipendio serijs nominati praefecti literis reuocatus, Vuormatiam est ablegatus, anno Christi 1570. 30. die Maij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

51b **Paulus Gingius Bipontanus**, Anno Christi 1569. decimo Maij die in Stipendium Hornbacense venit. postea bona cum venia Dominorum Scholarcharum est dimissus Anno domini 1575. 18. Nouembris. suffectus est paedagogo filiorum Nicolai Vischbach Sultzabacensis praefecti.

Wolffgangus Ludouicus Ortenburger Crucinacensis, venit Anno 1569. 10. Maij in Stipendium. At stipendium suum reliquit aº Christi 74. 12. Junij.

52a **Simon Hagk Winterburgius**, Anno Christi 1569. 13. Junij, alumnus Stipendij factus est. Hic aliquoties ad pietatem admonitus, quarti praecepti memor vt esset, sed cum ex ferijs autumnalibus Anno 1572. ad scholam comitante patre esset reuersus, 10. Die Nouembris aº 72. insalutatis omnibus, sine omni causa, abijt, literarum pertaesus, de amicorum consilio Coloniam ingressus, ubi studium Arithmetices & scribendi coluit.

Eustachius Sartor Hornbacensis, Anno 1569. vicesimo tertio die Julij, Stipendium impetrauit, postea superatis classibus, pars Scholae Tabernaemontanae huic est commissa, anno 74. 26. die Maij.

52b ****Nicolaus Pistoris Cusellanus**, In Stipendium Collegij est praesentatus. Anno Christi 1570. die nono Januarij. posteaquam autem aetate & eruditione cresceret, suo aere sese Marpurgum (prius bona dimissione impetrata) literarum gratia contulit Anno 1574. In Junio. postea sequenti anno 75. stipendium accepit.

****Dauid Keslerus Weissenburgensis**, nepos ex sorore vxoris Leonardi Extêri Hornbachiani parochi, in fotum Collegij & Stipendium, precibus eiusdem parochi, est susceptus, Anno Christi 1570. nono die Januarij, post aliquot sua non omnino praeclara facta, stipendio est priuatus, anno 74. 21. Maij.

53a ***Jacobus Thomae Meissenheimensis**, Anno Chrisi 1570. duodecimo die Januarij, in Catalogum Stipendiariorum est assumptus, et praesentatus. [3]) Hic Thomae authoritate D. D. Cancellarij, & D. D. Galli, ut Jenam proficisceretur proprijs sumptibus, ad Jurisprudentiae studium excolendum, ex hac schola, honesto & liberali testimonio, dimissus est. Anno Christi 1576. Die 13. Octobris. In cuius rei fidem D. Magister Schopperus à D. Cancellario literas accepit.

Johannes Lorch Bipontanus, Anno Christi 1570. 24. Martij die. in numerum Stipendiatorum est ascitus. [3]) Propter ualetudinem stipendio priuatur, & quod officium non posse facere est iudicatus. Aº 76. Calend: Augusti.

53b **Johannes Henricus Reyff** pij senis in **Lapach** parochi filius, Anno Christi 1570. 31. Martij, in numerum Stipendiatorum est adoptatus, & quartae classis factus auditor, anno Christi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1575. 30. Junij die, honestissima discessus sui venia & dimissione impetrata, paternis sumptibus ad Academiam sese contulit.

Johannes Coriarius (2) **Lawer) Gimbsbachius,** prope Cusellas oriundus, Anno Christi 1570. 17. die Aprilis receptus est stipendiatus. Anno 75. 20. Febru., d. d. Consiliarijs supplicauit pro dimissione biennij, ad Scholae in Rockenhausen prouisionem: salua interim habita data obligatione. 7) mortuus Biponti.

***Vlricus Hatten Tabernaemontanus,** Anno Christi 1570. 26. 54a
Aprilis die, in stipendium Hornbachiani Gymnasij receptus est. postea Illustrissimi principis venia, proprio aere, ad Academiam Anno 1576. 16. Aprilis est profectus. 2) Obijt Witenbergae, ardenti extinctus febri, cum in ea academia sesquiannum uixisset.

Michael Drautwein Weissenburgius anno Christi 1570. 1. Julij die, Stipendium in Schola Hornbachiana impetrauit. 3) Postea cum diutius foris manendo post mortem patris peccasset & leges scholae transgressus fuisset, stipendium amisit, A° 76. Calend: Augusti. 2) obligatus Principi nihilo minus. In Scribarum numerum cooptatur, mense nouembri 1579.

Wolphgangus ab Oberkirch, ab aula huc missus, anno Christi 54b
1570. 28. die Octobris stipendium accepit. quartam classem est ingressus. tandem progressus ad Secundam Scholae Hornbachianae classem, reuersus est ad aulam Anno 1573. in Maio.

Christophorus Moroldt Neoburgensis in stipendiatorum huius scholae numerum anno Christi 1570. 10. die Decembris, est assumptus. postea anno Christi 1574. 19. Februarij, recepit se Neoburgum: a° 1575. stipendium nostris ex ecclesijs illi assignatur.

Jonas Rottenberger Tabernaemontanus, in fotum & dis- 55a
ciplinam Scholae Hornbachianae est receptus, Anno Christi 1571. 16. die Martij.

Nicolaus Schlemmerus ex Nanstall, assumptus est in stipendiatorum scholae Hornbachianae numerum, Anno Christi 1571. 28. Martij. 3) Postquam omnes curias cum laude transiuit, uocationem apud Comitem in Oberstein scholasticam inuenit. Anno 1576. 24. Junij.

Jonas Homburger Bipontanus inter Stipendiarios Scholae 55b
Hornbachianae relatus & acceptus, Anno Christi 1571. 4. Aprilis die. 3) Dimissionem ad Academiam suo aere impetrauit Anno 1576. 20. Aprilis. postea facta intercessione stipendium accepit Illustriss: principis. 2) Cum septennium in academijs uixisset, Heidelbergae XVII die VIIbris promotus in Doctorem Juris, anno 1582.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Beatus Henricus Liderbach praefecti in **Rollingen** Vallis Merscheriae, Gubernationis Lucemburgicae filius, pro Stipendiato Hornbachianae Scholae acceptus, Anno Christi .1571. die vndecimo Aprilis. [3]) Egressus omnes sumptus stipendij se soluturum promisit, iuxta obligationem suam A° 76. Calend: Augusti.

56a ** **Jodocus Rotus Annaeuillensis,** donatus est Stipendio Hornbachiano, Anno Christi 1571. 18. Aprilis. postea a° 75. circa pasca stipendium ab Ecclesijs nostris (accepit *del.*) [3]) illi est promissum. sed propter accessionem nouorum professorum & aliarum exercitationum scholasticarum usum, consilium de tribuendo stipendio est immutatum. Denuo illi ex beneficentia Illustriss: principis Bipontini A° 76. stipendium Ecclesiasticum est attributum Calend: Augusti.

Christophorus Krill ex Moscheln, Stipendium in Schola Hornbachiana impetrauit, Anno Christi 1571. 19. die Aprilis. [3]) Hic mala cum uenia discessit Anno 1576. 19 Junij. — [4]) Deprehensus enim à quodam cive in adulterio suae uxoris, ense stricto de fenestra se praecipitare compulsus est, nudus, noctu, ideòque in exilium relegatus ab Ill. Principe.

56b ** **Johannes Helffenstein Liechtenbergensis,** Anno Christi 1571. 18. Aprilis die, hoc pacto in Stipendium assumptus, vt primo anno uiginti florenos collegio pro uictu exoluat, postea gratis fruatur beneficijs stipendij. reliquit stipendium suum a° 74. in Augusto. & patris hortatu Pontemoson ad Jesuitas concessit.

Caspar Burgrauius Bipontini sculteti filius, Stipendio Hornbachianae Scholae donatus est, & aduenit Anno Christi 1571. 12. Maij die. [2]) abijt à nobis 17 Febr. 1578 aliud uitae instituturus genus.

57a **Simon Enckirch Bollenbachius.** Anno Christi 1571. 18. die Octobris. Hornbachianae Scholae stipendium accepit. [2]) abijt ad academiam Tubingensem uerno tempore, anno 1579. [7]) obijt in Rüschweiler, ubi pastorem egit.

Henricus Armbruster Bipontanus, Joannis Hepen priuignus, in Hornbachiani Collegij est receptus stipendium. Anno Christi 1572. 13. Aprilis. [7]) obijt in Reichenbach comitatus Sponheimensis, ibidem Ecclesiae pastor, prius diaconus Trorbacensis, meus Hexameri collega, anno 1584. et 1585.

57b **Joannes Pfeil Bipontanus** Justi Pfeilij Aulici Secretarij filius, est donatus Hornbachiano stipendio Anno Christi 1572. 13. Aprilis.

* **Joannes Conradus Polandt,** prudentis: & integerrimi Viri D. Doctoris Viti Polandt, piè defuncti, filius, receptus est in Hornbachianae Scholae stipendium Anno Christi 1572. 30.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

die Maij. [3]) Is in aduersam & periculosam valetudinem incidit, cum propter uestes in ferijs scholae sese domum contulisset, reuersus post aliquot menses Laurentij Hoffmann testimonio rursus in ordinem stipendiatorum est receptus, quod publicae Cancellariae literae testantur aº 76. 14. Feb. aeditae. [1]) sed quia Illustrissimi principis voluntas, ad quam se d. Consiliarij retulerunt, non accesserat, à stipendio 25. Augusti est exclusus, et nunc inter eos viuit, qui precium 24 fl. pendunt. Inf: 210. [2]) Rursum in gratiam & stipendium receptus, vide infra. 210. abijt salua obligatione ad academiam, impetrata ab illustrissimo Principe, Duce Joanne etc. uenia 29 Octobris 1580.

*__Adamus Boltzing Treuirensis__ Anno Christi 1571. 19. 58a
Octobris. stipendium impetrauit unius anni, postea coepit uiuere paternis sumptibus in Collegio. vi: infra .202. [3]) Abijt 19 Junij Anno 1576.

*__Johannes Bruchius Alenbacensis__ stipendium accepit Anno Christi 1570. 31. Martij. postea Anno Christi .1573. in Martio donatus Stipendio profectus est Vuitebergam. [2]) suscepto Magisterij honore Witenberga redijt 1577. Functus biennium circiter diaconi officio Biponti, in antistitem Ecclesiae Trorbacensis eligitur 1579. [7]) ibidem mortuus anno 1584.

*__Christianus Wernick Bipontanus,__ Stipendium Hornbachia- 58b
num accepit. Anno Christi 1570. 31. die Martij. [2]) Adiunctus et praefectus aliquot adolescentibus, pace et stipendio ab illustriss. Principe impetrato, Argentinam concessit, 25 die Martij 1577. Promouit in magistrum Argentorati. Hornbacum redijt, uicibus Joan. Stahelij Basileam profecti circa finem mensis Martij. 1579. [7]) obijt Landoiae.

__Nicolaus Campius Bipontanus,__ stipendium Hornbachianum accepit, Anno Christi 1573 & quartae Classi Scholae est insertus .20. Januarij. [3]) Is ualetudinarius à schola & stipendio dimittitur, officium enim suum propter visus defectum facere non potuit. Anno 76. Calend: Augusti.

__Michaël Peüsselius__ fabri ferrarij in Meinkhemer filius, 59a
donatus est Stipendio Aº 1573. 7. Februarij. Quartae eiusdem Scholae Classi est ascriptus. [2]) abit à nobis ad academiam Heidelbergensem 2 die Martij 1581.

*__Johannes Georgius Kintinger,__ D. D. Christophori ab Helffant vitrici sui interposita sollicitatione, Stipendium in Schola Hornbachiana impetrauit, & Tertiae Classi annumeratus est, Collegium ingressus aº Christi 1573. 16. Februarij. postea Michaëlis die anno 1575 valetudinis causa domum est profectus: [2]) nec in hunc diem reuersus. vbi terrarum latitet, ignoratur. — Tandem prodijt ex Italia anno 77.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

59b **Georgius Keplerus de KlingenMünster** ciuis Bipontanae filius, Stipendio est donatus Hornbachiano, Christi Anno 1573. 17. aprilis die. [2]) Salua obligatione ad continuanda studia dimissus, 12. Januarij, 1577.

***Johannes Hintzlerus Nertingensis,** clarissimi Viri D. Doctoris Galli Tuschelin ex sorore nepos, stipendium in Schola Hornbachiana accepit, Anno Christi 1573. 17. aprilis. [2]) 6. Martij 77. amanuensis factus à D. Gallo euocatur. [7]) obijt Biponti.

60a ***Valentinus Sturtius Tabernaemontanus** ingressus est stipendium impetratum Collegij Hornbachiani Anno Christi. 1573. 18. die Aprilis, postea febrim incidit domum profectus, ubi uiribus exhaustus morbo inualescente, aº 74. in Martio, foeliciter in Christo obdormiuit.

Balthassar Sartor Tabernaemontanus, est Collegij Hornbachiani Stipendiarius factus anno Christi. 1573. 18. Aprilis die. [3]) Propter morbum Apoplexias dimissus est. Anno 76. Calend: Augusti.

60b **Joannes Ducherus Annaeuillensis** ueluti supernumerarius ab illustrissº principe D. Johanne Palatino etc. stipendio est donatus, et oppidano ludimagistro commissus, aº Christi 1573. 29. aprilis. [2]) dimittitur, ut aliud uitae instituat ac sequatur genus, 14 Julij 1579. Salua tamen obligatione.

***Joannes Doliarius** (*corr.:* [2]) **Chuno**) **Meissenhemensis** stipendium accepit anno Christi 1573. 5. Maij. [2]) abijt Argentinam, mense Aprilis 1580. [7]) infrà 268.

61a **Ciriacus Schefferus Delfeldius,** stipendio Collegij Hornbachiani ornatus, anno Christi 1573. 22. Junij. [2]) Collaborator Scholae Tabernaemontanae praeficitur, ac abit à nobis 2. die VIIIbris anno 82.

***Paulus Horterus Alsensius,** accepit stipendium Collegij Hornbachiani. Anno Christi. 1573. 26. die Augusti. [2]) Abit à nobis ad Academiam Tubingensem 4 die Martij 1578. [7]) obijt Circellis pastor.

61b **Annus Christi 1574.**

Joannes Henricus Suebel Bipontanus, Ornatissimi Viri D. Henrici Suebel Licentiati et Illustrissimi D. principis Bipontini, Palatini, Consiliarij etc. filius, cum fratre in Stipendium Collegij Hornbachiani receptus est. Christi Anno .1574. 12. Januarij, [2]) Abijt à nobis Calendis Septembris 1581 ad academiam Marpurgensem. [7]) Cancellarius Bipont. creatus ao. 1624. 2. Febr.

Joannes Ludouicus Suebel Bipontanus, cum fratre Joanne Henrico, in Collegij Hornbachiani stipendium ascitus est Anno Christi 1574. 12. die Januarij. [2]) abijt à nobis Idib. Maij 1581. ad Scholam Lauinganam. [7]) uiuit etiamnum ao. 1621. 19. Jan.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Philippus Ottho Römer Castalaunius, donatus est stipendio 62a
Anno Christi .1574. 12. die Januarij. [2]) discedit bona illustrissimi Principis, Joannis palatini Rheni etc. pace, salua tamen obligatione, ac succedit frater Joannes Burckhardus Römer 15. Febr. 1579.

*Jacobus Sartor (*corr.:* [2]) Drautman) Lambsbornius, Collegij stipendium accepit, Anno Christi 1574. 12. die Januarij. [2]) abit à nobis ad academiam Argentoratensem 13. die Martij 1581. [7]) obijt Bontenbaci.

*Georgius Lochamer, Georgij Lochameri ex Vlma ad 62b
Neccarum oriundi, & verbi DEI Ecclesiae quae in Hundspach, Cleburgicae praefecturae est, ministri, filius, puer annorum sedecim, precibus patris honesti viri, in numerum Stipendiariorum Scholae Hornebachianae receptus, & quartae Classi est additus, Anno Christi 1574. Die Maij Sexto. Cum uerò pater ignarus moris introducendi filium, pro aliquot septimanis, dum lectum pro filio cum alijs necessarijs aduexerit, apud Joan: Stahelium Scultetum, illi habitationem & lotionem, in singulas hebdomadas solido, comparauit. [2]) concedit à nobis ad academiam Argentinensem, bona pace 10. die Martij 1580.

*Johannes Sartor Hornbachianus, stipendium accepit anno 74. 21. Maij die. [2]) abijt à nobis XXI. Nouembris 1580. factus Collaborator scholae Tabernaemontanae. [7]) post pastor Rebornensis.

*Philippus Jacobus Boppart Schütz à Bergbietenhaim Col- 63a
legij Hornbachiani Stipendio est donatus, Anno 74. 21. die Maij. quo relicto post paucos dies in Italiam est profectus.

Johannes (*add.:* [2]) Henricus) Bubius Vuormatiensis Collegij Hornbacensis factus est Stipendiatus anno 74. 21. Maij die. [2]) abit à nobis 12 Maij 1580. ante studiorum maturitatem.

*Johannes Knoth Bosenbachius D. Melchioris parochi ibi- 63b
dem filius, acceptus est inter Scholae Hornbachianae Stipendiarios. Anno Christi. 74. 21. die Maij. [2]) anno 77, mense Junio, à nobis aufugit: à suis longe lateque quaesitus, non est inuentus.

Ludouicus Visbach Tabernaemontanus inter Hornbachiani Collegij stipendiatos numerari coepit. Anno Christi 1574. 21. Maij. [2]) Debilitatus corporis et ingenij uiribus febri quartana à studijs et schola nostra abit XVIII Martij MDLXXVIII.

*Johannes Henricus Suebel, D. Ruperti Suebel viri prae- 64a
stantis filius, Bipontanus, in numerum stipendiatorum Scholae Hornbachianae relatus est, Anno salutis humanae per Christum impetratae. 1574. 22. Maij. cum antea usque ad praedictum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diem à .4. Augusti. 74. (!) anni die, conuictum collegij accepisset. [2]) abijt à nobis ad publicas scholas postridie pentecostes anno 1581.

Johannes Kneupel Bipontanus, Domini Jacobi Kneupelij prouincialis Scribae filius, in numerum Stipendiatorum Collegij cooptatus est, anno 1574. decimo sexto die Junij. successit autem D. pastoris filio in Essingen, decreto Dominorum Consiliariorum. [2]) Dimissionem ab illustrissimo Principe Joanne impetrat, 13 die Junij, 1578. In locum subijt Henricus Tuschelin. infra fol. 72.

64b **Joannes Albinus Kolckuuitius**, Eruditi ac Venerandi Viri M. Christiani Kolckuuitij, Neocastellanae prouinciae Ecclesiarum Superintendentis, & Tabernaemontani pastoris, filius, Stipendio literario donatus est, Hornbacum uenit Anno salutis restauratae 1574. 3. Augusti. [2]) abijt ad academias bona pace illustriss. Principis 1 die Junij 1582. [4]) cum plurimum anteà negocij et molestiarum suis praeceptoribus et condiscipulis inobedientiâ suâ fecisset.

Conradus Neyphartus Doctoris Medicinae D. Erhardi Neypharti, filius, in Stipendiariorum Collegij Hornbachiani numerum est ascitus Anno 1574. 3. Augusti. [2]) abijt verno tempore ad academiam publicam 1579.

65a **Sebastianus Armbrusterus Bipontinus**, stipendio donatur, Anno Christi .1574. 24. Nouembris. [2]) abijt bona pace ad academiam Argentoratensem, 30 Martij 1582.

Justus Wernick Bipontanus immediatè in Stipendium insertus & Scholae oppidanae commissus est, Anno Christi 1575. 11. Aprilis die. [2]) discedit bona pace ad academias XV die Junij 1586.

65b **Joannes Rupertus Tuschelin Bipontanus.** Clarissimi Viri D. Galli Tuschelin L L Doctoris, filius, postquam studiorum iustum specimen edidit, in numerum Stipendiatorum huius Scholae Hornbachianae est assumptus. Anno Christi 1575, quinto die Maij. [2]) profectus ad academiam Argentoratensem, ultimo die Martij 1584.

Henricus Kneupel, des Ernhafften Jacobi Kneupeln Zweibruckischen Landschreibers Son, ist zu einem Stipendiaten der Fürstlichen Schulen Hornbach vff vnd angenommen worden. den ersten tag Julij a° 1575. [7]) mortuus est.

66a *Jacobus Henricus Gossenbergius, doctissimi Viri. N. **Cusellani** pastoris & Superintendentis filius, in numerum Stipendiatorum Scholae Hornbachianae est uocatus. 1. Julij a° 1575. [2]) absoluto in hac schola per classes studiorum cursu, ad functionem scholasticam in patria Cussellis obeundam auocatur, 14 die Septembris anno 1582.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fridericus Forsterus Haganoënsis, numero Stipendiatorum & Classi Quartae est ascriptus. 16. Nouembris Anno Christi 1575. [2]) Abijt, uel potius aufugit clam, non sine infamia circa finem mensis Januarij 1577.

****Jacobus Kymelius Cusellanus** stipendium impetrauit a° 66b
1576. 1. Januarij. — 206. [2]) Cum malè se gessisset, ac mulierum magis quam musarum assecla esset, grauesque poenas dedisset, paulo post corruptus scurra aufugit, sexto die Januarij MDLXXVIII. reuersus 15 Januarij, in gratiam recipitur, ita tamen, ut publicas easque grauissimas det poenas. Paulo post phthysicus factus cum diu laborasset in patria obijt.

***Hieronymus Molitor Bipontanus** stipendium Collegij Hornbachiani impetrauit, anno Christi 1576. 1. Januarij.

Valentinus Opilio Vrbachius, stipendium in schola Horn- 67a
bachiana accepit, Anno Christi 1576. 1. Januarij. [2]) abit à nobis 21 die octobris 1582. Adscitus in collaboratorem scholae Bipontanae [7]) modo pastor in Winden.

[3]) **Wernerus Durnawer Tabernaemontanus,** Publico Illustriss: Principis, Domini Joannis Palatini, decreto, stipendio Hornbachiano donatus est, Anno Chri. 1576. 8. Maij. [2]) In collaboratorem scholae Bipontanae cooptatur 7. Maij: 1585.

Adamus Gutentalius Wolfferswillerensis stipendio Illustris 67b
scholae Hornbachianae donatus est Anno 76. Calend: Augusti. [2]) dimittitur ab illustrissimo Principe ob aetatem iam prouectiorem & ingenij tarditatem 15 Februarij 1579.

***Bartholomaeus Herter Cusellanus** stipendium, quartae Classi ascriptus, accepit A° Chri. 76. Calend: Aug: [2]) abijt à nobis cum iam annum publicus fuisset et se praeclarissimè et honestissimè apud nos gessisset 6 die Aprilis 1582.

***Philippus Martius Ilueshemius** patre villico stipendium 68a
accipit Anno Domini Chri. 76. Calend: Aug: [2]) Vitiauit Oeconomi Vettêri filiam spuriam, qua grauida facta proditus, et carcere septimana una atque altera detentus et uirgis publicè in schola castigatus, dimittitur ab illustriss: Principe Joanne Palatino, ea conditione ut sumptus et impensas, pro debito more, Collegio exsoluat, 14 die Augusti, 1579.

***Sebastianus Molitor Selgenbachius** prope Lichtenbergam Scholae Hornbach: stipendium ex gratia accessit, Anno Partus Salutiferi Chri. 76. 1. Augusti. [2]) discessit ad academiam Argentoratensem 16 die Junij 1583.

****Nicolaus Frisius Tabernaemontanus** stipendium impetrauit 68b
Anno Domini nostri Jesu Christi 76. 1. Augusti. [2]) abijt à nobis Calendis Januarij 1584. [7]) obijt Spirae.

***Matthias Wille Windensis** stipendio donatus est, quanquam nulli Classi adhuc Collegij esset aptus. Anno Chri incarna-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tionis 1576. 1. Augusti. [2]) Eiectus est è collegio ab illustriss: Principe, Duce Joanne, Palatino Rheni etc. duplici affectus poena: 1. condemnatione in sumptus, nempe 160 florenos: 2. carcere et poena poenitentiaria. Sumpsit enim per octiduum in solo ad aliorum pedes cibum in coenaculo. Factum et decretum per illustrissimum Principem etc. 16 Julij 1584.

69a *Jacobus Bayer Bipontinus in Stipendium receptus Anno Partus Virginei 1576. Calend: Aug: [2]) discedit à nobis bona pace, ad academiam Argentoratensem XV die Aprilis 1584. [7]) obijt Spirae.

Petrus Franckius Tabernaemontanus ex mera liberalitate Illustriss! Principis stipendium Collegij Hornbachiani obtinuit Anno Chri. saluatoris nostri 76. Calend: Augusti.

69b **Melchior Fridericus Kalbachius Odernheimensis** stipendium accepit Anno 1576. Calend: Augustj. [2]) Cum vlcere curatu difficillimo in latere laborare coepisset, domum profectus ac uiribus exhaustus non redijt, anno 1580. mense Aprilis.

[1])* **Jacobus Telones, Cusellani** in Christo vita defuncti Doctissimi viri etc. parochi fiius, ab illustrissimo principe D. Johanne Palatino etc. in numerum stipendiatorum est assumptus. Anno Christi. 1576. 1. Augusti die. [2]) abit à nobis 16. Aprilis 1580. profectus ad Academiam Argentinensem. [4]) Inde in Angliam profectus ad Academiam Oxoniensem, Episcoporum et doctorum virorum liberalitate, ob ingenij et morum elegantiam profectusque praeclaros sustentatus ad trienninm circiter. posteà nactus Paedagogiam trium nobilium In Gallias profectus est, et Rupellis obijt. Anno Ch. 1586.

70a [2]) **Cumannus Fischbachius**, Nicolai Fischbachii, praefecti in **Schönecken**, filius, in stipendium receptus est 7 Februarij anno 1577. obijt Hornbaci hydropicus ac epilepticus.

Tobias Klingeissen pastoris **Francouillani** filius, in stipendium recipitur 12 Martij, anno 1577: abijt ad Academias bona pace pridie Natalis Christi 1585.

70b **Marcus Winckelsesse**, sculteti **Veldentiani** filius, illustrissimi Principis stipendio ac beneficio ornatus est, XVIII Martij anno 1577. aufugit cum annum et dimidiatum nobiscnm uixisset, Indignus illustrissimi Principis beneficio ac patrocinio.

** **Sebastianus Stahelius**, sculteti **Hornbacensis** filius, in stipendium recipitur 28 die Aprilis, anno 1577. abijt ad scholas publicas 12 die Januarij 1588. [7]) obijt Hornbaci.

71a *Johannes Frisius Tabernaemontanus, in numerum eorum, qui ab illustrissimo Principe gratis aluntur, adsciscitur, ultimo die Julij, MDLXXVII. abijt ad academiam Argentinensem 16 die Junij 1583.

Justus Formicarius Fuldensis illustrissimi Principis benignitate in numerum stipendiatorum recipitur 23 die Octobr. 1577.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ingratissimus monachus ab illustriss. Principe nudus exceptus ac uestitus aufugit 22 die Januarij 1578. [4]) asportatis secum ex Bibliotheca Collegij libris aliquot, quos mutuaverat inde ad utendum.

Burckhardus Ruhelin, Magistri Stephani Superintendentis **Trorbacensis** demortui filius in illustriss: Principis stipendium gratis suscipitur. 12. Nouembr. MDLXXVII. abijt ad publicas scholas ornatus stipendio, 14 die Aprilis 1588. 71b

ANNVS CHRISTI MDLXXVIII.

Joannes Thomas Landenbergius Heluetius, Alberti Blaureri medici d. ex sorore nepos in stipendinm ab illustrissimo Principe recipitur 4 Martij 1578. Examinatus, tertiae adscriptus est classi. abijt ad academiam Heidelbergensem ultimo die Februarij 1581.

Fridericus Suebelius, clarissimi viri Henrici Suebelij J. v. Licentiati ac consiliarij Bipontani etc. filius, in numerum stipendiatorum recipitur 1 Maij 1578. discedit à nobis mense Xbris 1586. 72a

Matthias Lieb Bipontanus illustrissimi Principis stipendio frui coepit in schola Hornbachiana, Calend. Maij 1578. Profectus ad academias publicas bona pace 14 die Xbris 85. [7]) modò pastor in Molsheim. obijt ipso die Paschatis 28. Mr. ao. 1624.

***Henricus Tuschelin**, clarissimi viri Galli Tuschelin J. v. Doctoris, consiliarij ac visitatoris scholae filius in stipendium ab illustriss: Principe recipitur 13 die Junij. 78. Successit in locum Joannis Kneupelij, ut supra. 72b

Joannes Gallus Flinschbachius, Cummanni Flinschbachij, Superintendentis Bipontani olim filius, in numerum stipendiatorum recipitur 15 die Febr. 1579. abit ad academias V die Junij 1586.

****Joannes Jacobus Renner**, Pastoris in **Baumholder** Joannis Jacobi Renneri defuncti filius in stipendium gratuitum illustrissimi Principis recipitur die 15 Februarij, anno 1579. Abijt ad academias mense Julio 1586. [7]) modò pastor in Glan-odenbach. 73a

****Joannes Burckhardus Römer**, praefecti **Castelhunnensis** filius, in locum fratris Philippi Otthonis suscipitur ac stipendio donatur, 15 Februarij 1579. infra 212.

Abijt à nobis sine uenia ac bona pace 13 die Januarij 1580. miles in Gallia obijt.

***Joannes Tonsor Hornbacensis** in Collegij stipendium admittitur 24 Martij 1579. dimissus, anno 81 mense Augusto, apud parentem suum uixit, ac lectiones collegij frequentauit usque ad annum 1583 mensem Martium. 73b

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Wolffgangus Rupertus Hertzog Bernhardi Hertzog Secretarij Hanauensis filius in numerum stipendiatorum cooptatur 14 Martij 1579. ad quartam promotus classem. discedit à nobis bona illustrissimi Principis D. Joannis pace 8 die Aprilis 1585.

74a **Joannes Rupertus Suuegerle** pastoris **Meissenheimensis** filius in stipendium gratis recipitur. 9 Junij 1579. anno 1585. 6 Maij ad academias abijt.

Joannes Balduuein Bipontanus in illustrissimi Principis D. Joannis Palatini Rheni etc. stipendium recipitur 20 Junij 1579. Minus ad studia idoneus Spiram discessit.

74b **Joannes Jacobus Durrh** in numerum stipendiatorum adsciscitur 13 die Augusti 1579. petijt dimissionem, cum ad persequenda studia non satis esset idoneus mense decembri 1585.

Clemens Drechsler, Laurentij Drechsleri aulici Concionatoris **Neoburgi** filius, in stipendiatorum numerum cooptatur 13 die Octobris: 1579.

75a **Joannes Burckhardus Trorbachius**, Sculteti Simerensis filius, stipendio coepit frui 3 die Septembris 1579. abijt à nobis ad academiam Argentinensem 16 die Octobris 1584: Cum bene se ac laudabiliter per omne intermedium spacium gessisset.

Josuas Hilarius, Joannis Hilarij pastoris **Ernestiuillani** filius, in stipendium illustriss: Principis recipitur, 3 die Septembr. 1579. domum ad parentem pestilenti febre laborantem, absque uenia, profectus, ac peste correptus obijt mense Maio, anno 1583.

75b **Joannes Marius Cusellanus** in numerum stipendiatorum ab illustriss: Principe ac Mecaenate Joanne etc. recipitur, vltimo die Nouembris 1579. A schola nostra abiens suscepit munus scholasticum Annaeuillae. [7]) deinde pastor in Mittelbexbach. tandem in Albertweiler, ubi diem suum obijt.

Jacobus Geigerus Francouillanus in numerum stipendiatorum cooptatur 22 Febr. 1580. dimittitur ad academias mense Julio 1586.

76a **Joannes Gallus Hoffman** Limpacensis in stipendiatorum numerum suscipitur 22 Februarij 1580. abijt in Galliam bona illustriss. Principis uenia, significante id D. Doctore Gallo Tuschelin 23 die 9bris. 1586.

Georgius Weindopff Meisenheimensis inter illustrissimi Principis stipendiatos locum sortitus 22 Febr. 1580. Cum ferijs autumnalibus domum uenisset, peste obijt 1584.

76b **Joannes Metternach Cusellanus** nobilis in numerum stipendiatorum illustriss. Principis recipitur 5 Maij 1580. abijt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bona illustriss. Principis pace die Matthiae 1589. profecturus in Galliam.

Simon Smidt Bosenbacensis inter stipendiarios numeratur die 5 Junij 1580. Succedit in locum Bubij. [4]) Addixerat cuidam puellae cum pace parentum eius fidem maritalem. Quare et hoc ipso negocio et paupertate coactus, ante maturitatem hinc discessit: et opera Domini Hexameri nactus est Parochiam ad Divi Medardi. [7]) deinde Stadecci. obijt ibidem.

Bernhardus Benderus Bipontanus in numerum stipendia- 77a
riorum recipitur 5 Maij 1580. Bona uenia aliud uitae institutum sequitur anno 1585 sub autumnum.

Jodocus Kneupel in numerum stipendiatorum suscipitur 25 Octobris 1580. Adiudicatus quartae classi. Dimittitur bona illustriss: Principis pace, ut aliud uitae institutum sequatur, ob aduersam ualetudinem, qua perpetuo uisus est conflictari. XI die Julij 1586.

Nicolaus Reuss Bipontanus in numerum stipendiatorum 77b
recipitur 12 Nouembris 1580. Animum adiecit ad pistoriam artem, succedente in locum ipsius fratre natu minore. mense IXbri anno 1586.

Antonius Biel Baumholderanus in numerum stipendiatorum adsciscitur 15 Febr. 1581. abijt ad Scholas publicas 2 die Julij 1588. [7]) obijt in Rans-weiler.

***Christianus Buchmaier** (*corr.* [4]) **Bucheimarrhus**) **Meissen-** 78a
heimensis inter stipendiatos cooptatur 15 Febr. 1581. abit ad Academias bona pace mense Julio 1586.

***Christophorus Lochamerus Hunsbacensis** stipendio ornatur ab illustriss. Principe 17 Februarij 1581. vide inf. 215.

***Nicolaus Rubel Bipontanus** in numerum stipendiatorum 78b
illustriss: Principis cooptatur 8 die octobris 1581.

Fabianus Han Althornbacensis adsciscitur inter stipendiatos illustrissimi Principis 8 die 8bris 1581. obijt ipso die Paschatis 1586. domi in patria sua.

***Joannes Jacobus Geiger** hactenus collegij conuictor, nunc 79a
beneficiarius stipendio donatur 8 die 8bris 1581. abijt ad academias suis sumptibus permissu illustriss. Principis nostri Joan. Palatini Rheni 28 die Martij 1588.

***Philippus Sturtz** in stipendium suscipitur 1 die Martij 82. abijt à nobis bona pace ad academias 22 die Junij 86.

Daniel Lamersdorff Mimbacensis in stipendium illustrissimi 79b
Principis suscipitur 30 die Martij 82. abijt ad publicas scholas bona pace magna cum laude 6 die Julij 1588.

***Wolffgangus Nodosius Hinzuillerensis** stipendio donatur 30 die Martij 82. abijt cum Lamersdorfio Geneuam 5 die Julij 88.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

80a **Joannes Mylius Hornbacensis** D. Joannis Mylij Canonici olim Hornbacensis filius inter illustrissimi Principis alumnos gratis cooptatur 15 die 8bris 1582. Vt suis sumptibus in academijs studia persequatur, copia ab Illustriss. Principe ipsi facta est: 20 Januarij 1589.

Henricus Stieber, D. Joannis Stieberi Cancellarij Bipontani filius in stipendium illustrissimi Principis suscipitur 15 die 8bris 1582.

80b **Joannes Senff** Pastoris **Eischuillerensis** filius inter stipendiatos annumeratur 15 die Octobris 1582.

Cumannus Bender Bipontanus in numerum stipendiatorum recipitur 15 Octobris 1582.

Fridericus Conradus Tuschelinus inter stipendiatos connumeratur 30 die 7bris 1583. Exijt stipendio 21 decembr. 1585. successit in locum Frater Wolffgangus Tuschelin. vide infra.

81a **Christophorus Tilemannus Stella** praestantissimi Astronomi ac Geographi Tilemanni Stellae filius in numerum stipendiatorum suscipitur 20 die Julij 1583. auocatur à Domino parente, concessu illustrissimi Principis 2 Januarij 1589.

[4]) **Cornelius Polheimius Nidehusanus** [2]) Theodoricus Polheimius (*corr.* [4]) Theodorici Polhaimij) Pastoris in Niderhausen filius in stipendium suscipitur 26 die Januarij 1584. Ob molem corporis, et studiorum satietatem impetrata uenia tandem abijt.

[2]) * **Joannes Sturtzius Tabernaemontanus** in stipendium suscipitur 3 Februarij 1584.

81b **Samuel Strobel Nurtingensis** ad hanc scholam peruenit, illustrissimi Principis Stipendiarius 18 die Martij 1584. adiudicatus tertiae classi. abijt 1588, circa festum D. Bartholomaej.

* **Joannes Georgius Atzenhofer Diefenbacensis** Pastoris filius, in stipendium receptus est 26 die Januarij 1584.

* **Joannes Schauenbruck Francouillanus** in numerum stipendiatorum cooptatur 3 febr. 84. [4]) infrà 223.

82a * **Lucas Obernheimer Offenbacensis** stipendio ornatur ab illustrissimo Principe 18 die Julij 1584. [4]) infrà 221.

Philippus Grau pastoris **Gersheimensis** filius in stipendium recipitur 18 die Julij 1584. [7]) obijt Ernesti-villae a°. 1618.

82b **Nicolaus Spon Tabernaemontanus** stipendio ornatur 9 die Martij 1584.

* **Joannes Gotzius Tabernaemontanus** in stipendiatorum numerum suscipitur 18 die Augusti 1584. ad academias suis sumptibus ab illustriss. Principe, salua obligatione, dimittitur: 14 Nouemb. 1588.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Henricus Hoffman Suerinensis clarissimi viri Tilemanni Stellae affinis, stipendio Hornbachiani collegij ornatur 2 die 10bris anno 1584. abijt citra ueniam cum duos menses nobiscum uixisset. 83a

****Martinus Hoffius Cusellanus** in stipendium collegij Hornbachiani suscipitur, quam primum locus uacauerit, vide infra inter conuictores. successit in locum Hofmanni superioris, cum mensem unum collegij uictu usus fuisset. stipendiarius factus Calendis Januarij 1585. Prouinciam scholasticam suscipit Cussellis mense Maio 1592. [7]) modò pastor in Wolffersweiler.

***Wilhelmus Andreae** ministri uerbi Dei in Braubach filius inter stipendiatos connumeratur 1 die Februarij 1585. obijt in patria sua anno 1588. [4]) infrà 227. 83b

Joannes Lanius Hornbacensis in stipendiatorum numerum suscipitur 24 Maij 1585. Cum tardioris ingenij esset et suam illustriss. Principi operam in Cancellis scribendo obtulisset, dimissus est, cum quadriennium in collegio uixisset.

Joannes Debener nobilis, summi praefecti **Otthouillani** filius stipendiarijs annumeratur 2 die Junij 1585. abijt bona illustrissimi Principis: D. Joannis Pal. pace cum parente in Thuringiam mense Junio 1587.

***Christophorus Suebelius Bipontanus** stipendio donatur Calendis VIIbris 1585.

Joannes Sigismundus Gentersperger Sculteti **Bipontani** filius inter stipendiarios connumeratur, 9 Octobris: 85. abijt ad academiam Marpurgensem, Calendis Augusti 1592. 84a

Wolffgangus Wernerus Tuschelin, clarissimi uiri, D. Doctoris Galli Tuschelini, Consiliarij Bipontani filius stipendiarijs annumeratur 21 decembr. anno 1585.

Joannes Casparus Schonbergerus stipendio ornatur 27 die Januarij 1586. dimittitur bona pace, ut scribam agat. 7 Augusti 1589. 84b

***Theobaldus Speirer Durrhenbacensis** inter stipendiarios cooptatus 27 die Januarij 1586. [4]) infr. 227.

Simon Meckius machaeropoei **Bipontani** filius stipendiarijs annumeratur 27 die Januarij 1586. 85a

Samuel Candidus Bipontanus, D. Pantaleonis Candidi Superintendentis Bipontani filius in numerum stipendiatorum cooptatur XXI die Aprilis 1586. bona illustriss. Principis pace ad academiam Heidelbergensem ablegatur Calend. Maji 1592.

***Joannes Jacobus Clingeissen Francouillanus** stipendiatis annumeratur 18 die Junij 86. Discessit vltimo die Junij 1589. [4]) inf. 228. 85b

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Bart pastoris **Letuuillerensis** filius inter stipendiarios cooptatur 18 Junij: 86. Cum quasi quinquennium nobiscum uixisset, in Galliam militatum, sine pace, profectus est. Nondum redijt: nec redibit.

Joannes Hermannus Lanius Meissenheimensis in stipendium suscipitur 16 die Julij 1586.

86a **Theobaldus Hock Limbacensis** stipendio donatur 24 die Julij 1586. copia ipsi facta est ab illustrissimo Principe stipendio exire et aliud uitae genus instituere atque experiri. Decretum per Illustriss. Principem: 25 Martij: 89.

* **Georgius Theobaldus Jung** in stipendium suscipitur 24 die Julij 1586. minus idoneus ad literas dimittitur ab illustrissimo Principe, salua tamen obligatione 4 Nouemb. 1591.

86b **Casparus Simon** Gallus natione **Parisiensis** inter stipendiarios illustrissimi Principis connumeratur et adsciscitur 17 die VIIbris 1586. abijt, bona pace ad suos in Galliam 18 Junij 1591.

Henricus Reuss Bipontanus in stipendium ab illustrissimo Principe suscipitur, XI die Xbris 1586. Hypodidascalus factus Meissenhemiae 1595 Calend. Aprilis. [7]) modò pastor in Lainsweiler.

87a M D L XXXVII.

Joannes Propheter Tabernaemontanus inter Collegij stipendiatos numeratur 19 die Januarij 1587.

Jacobus Sartor Hornbacensis in stipendium assumitur 24 die Maij 1587. [7]) modò pastor in Wisbach.

Joannes Kalbachius Niderhusanus stipendiarijs annumeratur 24 die Maij. 87. Profectus ad Academiam Heidelbergensem: Calend. Junij 1594. [7]) obijt Meisenheimiae.

Joannes Ottho Grübel Offenbacensis stipendio frui coepit 24 die Maij 1587. bona pace dimittitur ad academias: mense Augusto 1594.

Joannes Philippus Suebelius adscitus est in stipendium illustriss. Principis 20 Junij. 87. [7]) obijt Biponti ao. 1620.

87b **Pantaleon Opitz Bipontanus** stipendium nactus est 7 die Augusti. 87. Copia ipsi facta est adeundi academias proprijs sumptibus in visitatione ultimo Junij habita 1595.

Joannes Rupertus Vetterus ex clementia illustriss. Principis inter stipendiatos refertur, 11 die Augusti 1587. dimittitur 2 die Februarij 1593.

88a **Michael Obernheimer Albertiuillanus** inter stipendiarios connumeratur, ab illustrissimo Principe adscitus, 27 Octobris 1587. dimittitur pace illustrissimi Principis: vltimo die Junij 1595.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joannes Gualtherus Daus Bipontanus in numerum stipendiariorum suscipitur 17 Octobr. 1588. discedit à schola, minus idoneus ad literas, bona tamen pace Calendis Octobris 1596.

***Antonius Agricola** inter stipendiarios numeratur 12 Januarij. 88. abijt 28 Januarij 1589. domi aegrotauit per quatuor menses et amplius.

Thomas Cramerus Northusanus inter stipendiarios numeratur festo Joan. Baptistae 1591. bona pace abit 16 Aprilis 1597. stipendium nactus Theologicum contulit se Heidelbergam. [7]) obijt Ilueshemiae.

****Jacobus Heusserus** stipendium nactus est 22 Junij 1588. 88b
Hypodidascalus factus in schola Bipontana Nonis Aprilis 1594. [4]) Inde cum Stipendio Heidelbergam dimissus, et post biennium revocatus ad eiusdem Scholae clavum. Unde post quadriennium, nimirum A° 1600, Hornbacum ad classem Tertiam evocatus fuit.

[4]) ***Hermannus Foenilius**, Joannis Foenilij Pastoris Lambsbornani F. stipendio frui coepit à 21 Jan. A° 90.

[2]) **Joannes Helfensteinius Cussellanus** stipendio ornatur 21 Januarij: 90. excidit eodem 17 Martij 93. [7]) obijt in Cuncken.

[4]) **Daniel Paniel**, Lapicidae civis **Bipontini** F. cum eodem superiore, stipendio donatus est 21 Janu. Anno 1590. [7]) obijt in Forbach.

[2]) **Joannes Vlricus Cussellanus** inter stipendiarios cooptatur 10 Febr. 1590. adscitus ad illustrissimos iuniores Principes Bipontanos in locum demortui Sturtzij successit. [4]) Anno 1596. Quo in loco privatis studijs Lauream Poëseos emeruit: ac deinceps Heydelbergam profectus, J. V. Doctorem in sinu retulit. A. Ch. 1601. Cooptatus statim in Collegium Consiliariorum Ill. principis.

Joannes Volmarus Rufus Bipontanus in numerum stipen- 89a
diariorum adsciscitur 2 Maij 1590. obijt Biponti dysenteria 1596.

[5]) **Henricus Werth Werlensis Westphalus** à Gebhardo Electore Coloniensi abdicato illustriss. Principi nostro commendatus, et in stipend. cooptatus est A. 1591. M. Jun. A. 1597. Argentinam studiorum continuandorum causa se contulit: atque ibi e vivis excessit.

[2]) **Fridericus Meisterlin Landspergius** fit stipendiarius 2 Maij 1590. discedit ad academias bona pace 28 die Aprilis 1597.

Martinus Gebertshagen Pastoris **Tabernimontani** filius fac- 89b
tus est stipendiarius 2 Maij 1590. abijt ad academiam Heidelbergensem bona pace Calend. Junij: 1594. [4]) Philosophiae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Magister coronatus, ibidem contubernium paene quadriennium rexit. Revocatus ad ArchiDiaconatum Ecclesiae Hornbacensis, cum ei praefuisset ad triennium, discessit Baumholdrium, Anno 1601. circa Pascha.

89b **Johannes Sibelius** Pastoris **Cussellani** filius adsciscitur in numerum stipendiatorum 2 Maij 1590. [7]) obijt in Flürs Capelln.

Abrahamus Kimmel Cussellanus susceptus est in stipendium 2 Maij 1590.

) **Martinus Hoff Cussellanus adscitus est inter stipendiarios ultimo 7bris 1590. Creatus est ludimagister Cussellis 20 Maij: 92.

90a **Joannes Hechlerus Tabernaemontanus** stipendium nactus est 6 Febr. 1591. adhibitus Junioribus Principibus, biennium ipsis adfuit Cubicularius: dimissus ad academias mense Maio 1598.

Abrahamus Friderich Capellensis in numerum stipendiatorum suscipitur 18 Julij 1591.

Joannes Schorman Hornbacensis stipendio donatur 24 Junij 1591.

Joannes Brengenborn Meissenheimensis in stipendium adsciscitur 30 Junij: 1591. [4]) obijt in patria A° 96 tempore Autumnali.

Joannes Henricus Niger Niderhusanus stipendio frui coepit 8 decembr. 1591.

90b **Conradus Roderus** Pastoris in **Steinseltz** filius stipendio frui coepit 25 Octobris: 91.

Philippus Jacobus Paccot Altstadius stipendium nactus est 1 Nouemb. 1591.

Philippus Gans Lichtenbergensis stipendiarius factus est 13 Nouemb. 1591. [4]) iterum dimissus est 26 Octob. A° 1592, ad aljud Vitae genus instituendum.

91a **Joannes Bartholomaeus à Wonscheim** stipendio ornatus est 21 die Decembris 91. [7]) apostata, et persecutor Ecclesiae Christi in Electorali Palatinatu etc. ao. 1620.

[4]) * **Jacobus** *(pro:* [2]) **Petrus**) [2]) **Frey Tabernaemontanus** stipendium nactus est 20 Maij 1592. Cum animaduersum esset tardo ad literas ingenio esse, dimissus est, cum quasi sesquiannum apud nos uixisset.

[2]) **Joannes Eberhardus Thilman** stipendium nactus est 20 Maij 1592. [4]) dimittitur ex classe I. ad aljud vitae genus sequendum A° 1600.

91b **Joannes Philippus Momius Bischuillerensis** stipendium nactus est 14 die Julij 1592.

Bernhardus Schreyer Baumholderanus stipendiarius factus 23 Octobris 1592.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Laurentius Calbachius stipendio donatur 1 Aprilis 1593.

*__Joannes Hermannus Cussellanus__ stipendium consecutus 92a
est 18 April: 93. adscitus est Bipontum ad typographiam bona illustrissimi Principis pace. 96. [4]) Triennio post facti poenitens denuo impetravit stipendium, et ad studia sua intermissa postliminio reversus, in locum 2dae Classis quem deseruerat iterum receptus est. An. 99. ut infra. fol. 101. [7]) modo Diaconus Meisenheimensis.

Wolffgangus Marcus Waltherus Weinheimensis in numerum stipendiatorum suscipitur 20 Aprilis 1593.

Joannes Jacobus Wochs Bipontanus stipendium consecutus est 23 Aprilis: 1593.

Joannes Henricus Jegen stipendium nactus est 10 Maij 92b
1593. [4]) Obijt hic tabe A° 96.

Gallus Balthasarus Lentz Bipontanus in stipendium suscipitur 20 Augusti: 1593.

Rupertus Kernius Tabernaemontanus stipendiarius factus 27 Octobris: 1593.

Simon Lanius Cussellanus stipendio donatus est 27 Octobris 1593. [7]) modò pastor Ohmbacensis.

[4]) **Joannes Nicolaus Dieburgius, Filius** Samuelis Diburgij 93a
Diaconi **Cussellani** [*corr. pro:* [2]) Samuel Diburgius Cussellanus] [2]) in numerum stipendiatorum cooptatur 3 Junij 1594. [7]) pastor Medardensis.

[2]) **Samuel Durantius** recipitur in numerum stipendiariorum 14 Julij 1594. abijt bona illustrissimi Principis pace Geneuam 12 die 7bris 1596. [7]) Parisijs Verbi diuini orthod. minister.

Pantaleon Faber Bipontanus in stipendium suscipitur 27 Octobris 1593. [4]) Epilepsiae obnoxius factus, literis valedicere coactus est. [7]) obijt Biponti.

Conradus Gebertshagen Tabernaemontani Pastoris filius 93b
stipendiarijs annumeratur 27 Octobris 1593. [4]) non satis idoneus literis, salva obligatione dimittitur promotus ex classe 3. mense Novemb. Anno 1601.

*__Petrus Freudenbergerus Sigenensis__ Pastoris in Altglan filius stipendium nactus est 27 Octob. 1593. abit Sigenam, bona bace, salua obligatione 6 die Aprilis 1597. [7]) pastor in Welsstein.

Petrus Glaserus Meissenheimensis stipendium nactus est 27 Octob. 1593. [4]) Abijt ex hac Schola sine testimonio, sine venia, Anno 1600.

Wendelinus Ostertag Cleburgensis stipendiarijs annumeratur 4 die Maij 1594. [4]) Dimissus Argentinam 26 Augusti, A° 1601. [7]) pastor in Steinsels.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

94a **Joannes Casparus Clein** recipitur in numerum stipendiatorum 23 Nouembris 1594. [4])Ob contumaciam et insignem malitiam é Schola ab Illust. Principe ejectus est. 3. Martij, Anno 1600. Pestis disciplinae publicae declaratus: cum bis antea sponte excessisset, spe tamen emendationis iterum admissus fuerat.

Conradus Bartholomaeus Schütz inter stipendiarios suscipitur 22 die octobris 1594. [4])Basileam abijt ex classe 2da dimissus.

Jobus Rind Quirnbacensis stipendiarius factus 23 Nouembr. 1595. [4])Promotus ad Scholam Meysenheimensem, pro Hypodidascalo Anno 1601. mense Majo.

[5])**Johannes Rupertus Sturz. Bipont.** Doct. filius. stipendio donatus est A. 1593. Heidelbergam abijt. A. 1600.

94b [2])**Jacobus Hortor** Pastoris **Circulani** filius in stipendium adsciscitur 28 Aprilis 1595.

Joannes Wilhelmus Volmarus inter stipendiarios cooptatur Nonis Maij 1595.

95a **Jodocus Meyer Cusellanus** in numerum stipendiatorum suscipitur 13 Julij 1595. [7])pastor in Hundsbach.

Wolffgangus Oligerus von Meissenheim inter stipendiarios numeratur 13 die Julij 1595. [7])pastor in Minbach.

***Petrus Bösius Meissenhemius** stipendiarijs connumeratur 13 die Julij 1595.

95b **Samuel Genterspergerus Bipontanus** in numerum stipendiatorum suscipitur primo die Decembris 1595.

Joannes Georgius Schaël, Pastoris **Winterbacensis** filius in stipendium recipitur 12 Martij 1596. [7])aqua perijt in Keffennach.

96a **Justus Conradus Fabricius**, Pastoris **Cussellani** filius in Collegij stipendium receptus est 19 Martij 1596. [4])factus postea adultior, cum assuevisset famulae Dni. Hexameri, noctuque per moenia ad eam itare soleret. metu poenae profugit ipso Ascensionis Chri festo, Anno 1603.

Jeremias Lincius Meissenheimensis in numerum stipendiatorum cooptatur 23 Martij 1596. [4])Etiam hic ob contumaciam, cum ultrô profugisset, sed retractus esset ad dandum poenas, relegatus est ab Illustriss. Principe 2. VIIb. A° 1601 jussusque ad biennium in Academia vivere et inde secum referre honestum testimonium. Verum ille vibicibus adhuc ferularum suos nates deformantibus uxorem duxit, filiam Inspectoris Meysenheimensis, per quem exoratâ veniâ praefectus est ludo Meysenheimensi pro Hypodidascalo, An. Ch. 1602. Sed illic sollicitatis aliquot civium uxoribus ad stuprum gravi mulctâ indictâ ab officio dejectus est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Daniel Herman Cussellanus in numerum stipendiatorum 96b
adsciscitur 2 Aprilis 1596. [4]) In locum fratris admissus, cum is ad Typographiam Bipontinam adscitus esset. Vide sup. fol. 92.

Henricus Luther Sturtzius, clarissimi viri Joan. Sturtzij J. V. Doctoris filius in numerum stipendiatorum suscipitur 5 Maij 1596. [4]) ad Quintam promotus.

***Jacobus Gebertzhagen** Pastoris **Tabernaemontani** filius inter 97a
stipendiarios numeratur 29 Augusti 1596.

Henricus Keslerus Bipontanus adsciscitur in numerum Stipendiatorum 23 Septembris 1596. [4]) discessit Idibus VIIbris Anno 1603. Stipendio Academico ab Illustrissimo Principe adjutus, ad discendas fori Imperalis leges, Heidelbergam.

Andreas Lucius Hornbacensis ab illustrissimo Principe 97b
stipendio donatur 23 Septembris 1596. [7]) modo pastor Francouillanus.

[4]) **Joannes Henricus** *(pro:* [2]) **Rupertus)** [2]) **Exterus Bipontanus** in stipendium Collegij suscipitur 27 die Septembris: 1596. [7]) modò pastor Ninivillanus.

[2]) **Fridericus Sartor Oggerheimensis** stipendium nactus est 98a
vltimo die Octobris 1596. [7]) obijt in Wisbach pastor.

***Nicolaus Reichardus Odernheimensis** in stipendium recipitur vltimo Martij 1597. [7]) obijt Sobernheimiae.

[4]) **Joannes Gimbsbach FloriSacellanus**, Pastoris ibidem 98b
ejusdem nominis F. natu major receptus est in numerum Stipendiariorum 21. VIIbris, A° 1597. impetrato Stipendio Academico, discessit bona cum pace An. 1605 mense Novembri. [7]) modò pastor Albertivillanus.

Joan. Wilhelmus Stahelius, Medici Aulici F. assumitur quoque inter Stipendiarios 21. 7bris Anno 1597. promotus ad ordinem publicum profectus est in Gallias ad discendum linguam. Anno 1603.

Valentinus Schützius Rossbacensis cum superioribus nactus est Stipendium, cum antea vixisset suis sumptibus, partim intra, partim extra collegium. 21. VIIbris An. 1597.

Daniel Majus Bipontinus, Casparis Maij Aurifabri civis 99a
Bip. Fil. associatur alumnis Collegij 28 Novemb. Ao. 1597. [7]) obijt in Abtfischbach.

Arnoldus Wirrichius Ransbacensis, demortui ibidem Pastoris Nicolai Wirrichij fil. major receptus est inter Stipendiarios. 6 Junij. Ao. 1598.

